
DEUS

2141

from the collection
of T. Williams

13

Hours for Rome Use
Tours ca. 1525,
School of Jean Bour-
dichon

214

	KL	Ianuarius habet dies xxxi. luna vero xxx
iii	A	Circuncisio domini.
	b	Octaua ſancti ſtephani
xi	c	Octa. ſancti iohā. euani
	d	Octa. ſctoꝝ innocentiū
xix	e	Sancti ſymeonis
viii	f	Epyphania dnī.
	g	Iuliani martyris
xvi	A	Sancti rigoberti
v.	b	Sancti ludouici
	c	Pauli heremite
xiii	d	Digni pape & marty.
ii	e	
	f	Octaua epyphanie
x.	g	Felicis in pincis.
	A	Mauri abbatis
xviii	b	Marcelli pape
vii	c	Antoni abbatis
	d	Priſce virg. & mar.

xv	e	Launomari
iiii	f	Fabiani & ſeba.
	g	Agnetis vg. & mar.
xii	A	Vincentii mar.
i	b	Emerentiane virg.
	c	Feliciani epi.
ix	d	Cōuerſio. ſ. pauli
	e	Policarpi
xvii	f	Ioannis criſoſtomi
vi	g	Agnetis ſecundo
	A	Geminiani epi.
xiiii	b	Batildis
iii	c	Cirici & iohā. mar.
KL		Februarius h3 dies. xxviii. Luna. xxix.
	d	Brigide virginis.
xi	e	Purificatio. b. marie.
xix	f	Blaſii epi & mart.
viii	g	Gilberti confeſſoris
	A	Agathe virginis.

xvi	b	Dorothee virg.
v.	c	
	d	Pauli epi.
xiii	e	Apolonie virg.
ii	f	Scolaſtice virg.
	g	Sotheris
x	A	Eulalie
	b	Fuſe virginis.
xviii.	c	Valentini pape & mar.
vii	d	Fauſtini & iouite
	e	Iuliane virginis.
xv	f	Policarpi epiſcopi.
iiii	g	
	A	Publii cū ſociis ſuis
xii	b	Euſtachii & ſocioꝝ
i	c	
	d	
ix	e	Vigilia.
	f	Mathei apoſtoli.
xvii.	g	Conſtantie virginis

vi	A	Alexandrini pape
	b	Iuliani marty.
xiiii	c	Tranſlatio .ſ. augu.
KL		Martius habet dies
		xxxi. Luna. xxx.
iii	d	Herculiani epi.
	e	Lupi epi.
xi	f	Martini & aſterii.
	g	Gaii cum ſociis
xix	A	Euſebii cũ ſociis
viii	b	Thome de aquino
	c	Perpetue & felicitatis
xvi	d	Depoſitio ſ. felicis.
v.	e	Sctõrum. xl. mar.
	f	Agathe virg.
xiii	g	Quirionis & cãdidi.
ii.	A	Gregorii pape
	b	Eufraſie virginis
x	c	Leobini
	d	Longini marty.

xviii	e	Patricii epi & cõfeſ.
vii	f	Gertrudis virg.
	g	Anſelmi epi.
xv	A	Ioſeph confeſſoris
iiii	b	Vulfrandi confeſ.
	c	Benedicti abbatis
xii	d	Saturnini
i	e	Victorici
	f	Vigilia.
ix	g	Annũciatio. b. marie
	A	
xvii	b	Iohãnis heremite
vi	c	
	d	Euſtachii abbatis.
xiiii	e	Reguli epi & conf.
iii	f	Amos prophete.
	KL	Aprilis habet dies. xxx. Luna. xxix.
	g	Valentini
xi	A	Marie egyptiace.

3

	b	Richardi epī
xix.	c	Ambroſii epī
viii	d	Vincentii mart.
xvi	e	
v	f	Eugenii
	g	Marie egyptiace.
xiii	A	Gaucherii
ii	b	Theodoſie virg.
	c	Leonis pape
x	d	Iulii pape & conf.
	e	Euſemie virg.
xviii	f	Tyburcii mar.
vii	g	Helene virg.
	A	Yſidori conf.
xv	b	Aniceti pape & mar.
iii	c	Eleutherii epī
	d	Alphegi epī
xii	e	Victoris pape
i	f	Symeonis pape
	g	Dionyſi cū ſociis

ix. A Gregorii mart.
b
xvii c Marci euãgeliſte.
vi d Cleti pape
e Anaſtaſii pape
xiiii f Vitalis marty.
iii g Petri marty.
A Eutropi mart.
KL Maius habet dies.
xxxi Luna .xxx.
xi b Philippi & iacobi apo.
c Sigiſmũdi regis.
xix d Inuẽtio .ſ. crucis.
viii e Monice
f Gothardi epĩ & conſ
xvi g Iohãnis añ portã lati.
v. A Cleti pape & mart.
b Apparitio .ſ. michael'.
xiii c Traſlatio .ſ. nicolai
ii d Gordiani.

	e	Mamertii epi.
x.	f	Nerei & achilei.mar.
	g	Thedore virginis.
xviii	A	Bonifacii martyris
vii	b	Eufraſii confeſ.
	c	Moderati epi
xv	d	Tranſlatio.va.
iiii	e	Felicis epi.
	f	Potentiane virg.
xii	g	Bernardini confeſ.
i	A	Secundi marty.
	b	Romani mart.
ix	c	Deſiderii epi.
	d	Tranſla. ſ.franciſci
xvii	e	Vrbani pape & mar.
vi	f	Eleutherii pape &.m.
	g	Iohãnis pape & mar.
xiiii	A	Germani epi.
iii	b	Maximi epi.
	c	Felicis pape & mar.

xi	d	Petronille vir.
KL		Iunius habet dies. xxx. Luna xxix.
	e	Nicomedis
xix.	f	Marcellini & petri.m.
viii	g	Eraſmi
xvi	A	Patrocii
v.	b	Bonifacii.
	c	Claudii epĩ
xiii	d	
ii	e	Medardi & gildardi
	f	Primi & feliciani
x	g	Landerici
	A	Barnabe apli.
xviii	b	Baſilidis
vii	c	Antonii cõfeſ.
	d	Baſilii
xv	e	Viti & modeſti
iiii	f	Ferreoli
	g	Auiti.

xiii	A	Muricii marty.
i	b	Geruaſi & prothaſi
	c	Silueſtri pape.
ix	d	Leufredi
	e	Paulini epi
xvii	f	Vigilia.
vi	g	Natiuitas ioh. bap.
	A	Eligii epi
xiiii	b	Iohannis & pauli
iii	c	Creſcentis
	d	Leonis pape. Vigilia
xi	e	Petri & pauli apo.
	f	Marcialis epi.
KL		Iulius habet dies xxxi Luna xxx.
xix	g	Leonorii
viii	A	Viſitatio btē marie.
	b	Paſſio ſcī thome
xvi	c	Tranſla. ſ. martini
v.	d	Dñici cõfeſſoris.

	e	Octa. petri & pauli
xiii.	f	Pantheris conf.
ii.	g	Inuētio. ſ. quītini.
	A	Theobaldi
xv.	b	Septem fratrum.
	c	Tranſla. ſ. bn̄dicti
xviii	d	Naboris & felicis.
vii	e	Aniceti pape & m.
	f	Iuſtini
xv	g	Quirici & iulite
iiii	A	
	b	Marine virginis.
xii	c	Symphoroſe vir.
i	d	Arſenii conf.
	e	Margarete vir.
ix	f	Praxedis vir.
	g	Marie magdalene
xvii	A	Apollinaris
vi	b	Chriſtine. v. Vigilia
	c	Iacobi apoſtoli.

xiiii	d	Anne mrīs. b. marie
iii	e	Panthaleonis mar.
	f	Nazarii conſ.
xi	g	Marthe virg.
xix.	A	Abdon & ſennes.
	b	Fauſtini conſ.
KL		Auguſtus habet dies.
		xxxi. Luna. xxx.
viii	c	Vincula. ſ. petri
xvi	d	Stephani pape.
v.	e	Inuētio. ſ. ſtephani
	f	Dn̄ici confeſ.
xiii	g	Feſtum niuis
ii	A	Sixti pape.
	b	Donati epī
x.	c	Ciriaci & largi
	d	Romani mar. Vigi.
xviii	e	Laurētii martyris.
vii	f	Tyburtii mar.
	g	Clare virginis.

xv A Ypoliti marty.
iiii b Vigilia.
c Aſſumptio. b. mariæ
xii d Rochi
i e Octa. ſancti laurentii
f Agapiti marty.
ix g Magni martyris.
A Maximi
xvii b Bernardi conf.
vi c Thimotei
d Apolinaris
xiiii e Bartholomei apli
iii f Ludouici regis.
g Sulpicii epi.
xi A Ruffi confeſ.
xix b Auguſtini mar.
c Decolatio. ſ. iohãnis.
viii d Fiacri confeſ.
e Paulini epi.

KL September habet dies. xxx. Luna .xxix

xvi	f	Egidi abbatis.
v.	g	Anthonini mart.
	A	Lupi epī
xiii	b	Moyſi prophete
ii	c	Victorini
	d	Eugenii
x	e	Clodoaldi
	f	Natiuitas .b. marie
xviii	g	Gorgonii mart.
vii	A	Saluini epī
	b	Prothi & iacinti
xv	c	Martiani epī
iiii	d	Maurili
	e	Exaltatio .ſ. crucis.
xii	f	Nichomedis mar.
i	g	Eufemie virg.
	A	Lamberti epī
ix.	b	Victoris

	c	Signi epi
xvii	d	Euſtacii. Vigilia.
vi	e	Mathei apoſtoli.
	f	Murici cũ ſociis.
xiiii	g	Lini pape & mar.
iii	A	Andochii epi.
	b	Firmini epi
xi	c	Cypriani & iuſtini
xix	d	Coſme & damiani
	e	Allodii epi
viii	f	Michaelis archan.
	g	Hieronymi pbri.
KL		October habet dies xxxi. luna xxx.
xvi	A	Remigii epi & conf.
v	b	Leodegarii epi
xiii	c	Sancti franciſci
ii	d	
	e	Apolinaris mar.
x	f	Magni epi & conf.

	g	Iuſtine virginis.
xviii	A	Demetrii epi
vii	b	Dionyſii epi.
	c	Gereonis & victoris
xv.	d	Nichaſii cū ſociis.
iiii	e	
	f	Geraldi confeſ.
xii	g	Calixti pape & mar.
i	A	
	b	Luciani
ix	c	Cerbonii cōfeſ
	d	Luce euangeliſte.
xvii	e	Sauiniani
vi	f	Capraſii
	g	xi.miliū virginū
xiiii	A	Melloni epi.
iii	b	Seuerini abbatis
	c	Maglorii abbatis
xi	d	Criſpini & criſpiniani.
xix.	e	Auariſti pape.

f Vigilia.
viii g Symeonis & iude.
A Narciſci epi
xvi b
v. c Quintini. m. Vigi.
KL Nouēber habet dies.
xxx. Luna. xxix.
d Feſtiuitas oīm ſcor
xiii e Cōmemo. deſunctor.
ii. f Marceli epī.
g Vitalis agricole. m.
x. A clari marty.
b Leonardi conf
xviii c Proſdocini
vii d Quatuor coronator
e Dedicatio ſaluatoris
xv f
iiii g Martini epī.
A Martini pape & . m.
xii b Bricti epī & conf.

i	c	Iohãnis epĩ & conf.
	d	Madoui archiepĩ
ix.	e	
	f	Aniani epĩ
xvii	g	Dedicatio petri & pau.
vi	A	Elizabeth vidue
	b	Stephani.
xiiii	c	Columbane
iii	d	Cecilie vir. & mar.
	e	Clementis pape & m.
xi	f	Griſogonii mar.
xix	g	Katherine vir.
	A	Petri Alexandri.
viii	b	Agricole mart.
	c	
xvi	d	Saturnini. Vigilia.
v	e	Andree apſi.

KL December habet dies. xxxi. Luna. xxx.

	f	Eligii epĩ

xiii	g	Valerie virg.
ii	A	
x	b	Barbare virg.
	c	Sabbe virginis.
xviii	d	Nicholai epi.
vii	e	Ambroſii epi
	f	Conceptio.b.marie
xv	g	
iiii	A	Melchiadis pape &.m.
	b	Damaſi pape &.m.
xii	c	
i	d	Lucie virginis &.m.
	e	
ix	f	
	g	
xvii	A	Lazari epi.
vi	b	Gaciani archiepi.
	c	
xiiii	d	Vigilia.
iii	e	Thome apoſtoli.

	f		
xi	g	Victorice virginis	
xix.	A		Vigilia
	b	Natiuitas domini.	
viii	c	Stephani prothomar.	
	d	Iohãnis euangeliste	
xvi	e	Sctõꝝ innocentium.	
v.	f	Thome archiepi	
	g		
xiii	A	Siluestri pape.	



Initium ſancti euangelii ſecũdũ iohannẽ. Gloria tibi domine.

IN principio erat verbum & verbum erat apud de-um & deus erat verbum. Hoc

erat in principio apud deum. Om-
nia per ipſum facta ſunt: & ſine
ipſo factum eſt nihil. Quod factū
eſt in ipſo vita erat & uita erat
lux hominum: & lux in tenebris
lucet: & tenebre eam nō compre-
henderunt. Fuit homo miſſus a
deo: cui nomen erat iohannes.
Hic venit in teſtimonium vt te-
ſtimoniū perhiberet de lumine.
vt omnes crederent per illū. Nō
erat ille lux: ſed vt teſtimonium
perhiberet de lumine. Erat lux
vera que illuminat omnē homi-
nem venientem in hunc mūdū.
In mundo erat & mundus per
ipſum factus eſt: & mundus eū
non cognouit. In propria veīt
& ſui eum nō receperūt. Quot-
quot autē receperunt eū dedit

eis poteſtatẽ filios dei fieri his qui
credunt in nomine eius: qui nõ
ex ſanguinibus, neq; ex volũta-
te carnis, neq; ex voluntate vi-
ri: ſed ex deo nati ſunt. Et verbũ
caro factum eſt: & habitabit in
nobis. Et uidimus gloriã eius
gloriam quaſi vnigeniti a prẽ.
Plenũ gratie & veritatis. Deo g
gratias. ã. Te inuocamus, te ad-
oramus, te laudamus, te glori-
ficamus: o beata trinitas. ℣. Sit
nomẽ domini benedictũ. ℟. Ex
hoc nunc & vſq; in ſeculũ. OR.
PRotector in te ſperanti-
um deus ſine quo nihil
eſt validum nihil ſanctũ mul-
tiplica ſuper nos miſericordiam
tuam: vt te rectore te duce ſic
tranſeamus per bona tempora-

lia : vt non amittamus eterna .
Per dominum noſtrum .
Sequentia ſancti euangelii ſecū-
dum lucam . Gloria tibi domine .



IN illo tē-
pore .
Miſſus eſt
gabriel ange-
lus a deo in
ciuitatē ga-
lilee cui no-
men nazareth ad virginem deſpō-
ſatam uiro cui nomen erat ioſeph
de domo dauid : & nomen virginis
maria . Et ingreſſus angelus ad
eam dixit . Aue gratia plena dn̄s
tecum : benedicta tu in mulieribꝰ.
Que cum audiſſet turbata eſt ī ſer-
mone eius : & cogitabat qualis eſ-
ſet iſta ſalutatio . Et ait angelus ei .

Ne timeas maria: inueniſti eniꝫ
gratiam apud dominum. Ecce
concipies in vtero & paries filiũ:
& vocabis nomen eius ieſum. Hic
erit magnus: & filius altiſſimi vo-
cabitur. Et dabit ei dominus deꝰ
ſedem dauid patris eius: & reg-
nabit in domo iacob in eternum:
& regni eius non erit finis. Dix-
it autem maria ad angelũ. Quo-
modo fiet iſtud: quoniam virũ
non cognoſco. Et reſpondens ã-
gelus dixit ei. Spirituſſanctus
ſuperueniet in te: & virtus altiſ-
ſimi obumbrabit tibi. Ideoqꝫ qđ
naſcetur ex te ſanctum vocabi-
tur filius dei. Et ecce elizabeth
cognata tua: & ipſa concepit fi-
lium in ſenectute ſua. Et hic mẽ-
ſis eſt ſextus illi que vocatur ſte-

rilis: quia nō erit impoſſibile a-
pud deum omne verbum. Dixit
autē maria. Ecce ancilla domini
fiat mihi ſecundum verbū tuuꝫ.
Deo gratias.

Sequentia ſancti euāgelii ſecū-
dum matheū. Gloria tibi dn̄e.



IN illo
tēpore.
Cum natus
eſſet ieſus
in bethleē
iude in di-
ebus hero-
dis regis ec-
ce magi ab oriente venerūt hie-
roſolymam dicentes. Vbi eſt qͥ
natus eſt rex iudeorum. Vidimꝰ
enim ſtellam eius in oriente: &
venimus cum muneribus ado-

rare eum. Audiens autem hero-
des rex turbatus eſt & omnis hie-
roſolyma cum illo. Et congregãs
omnes principes ſacerdotum &
ſcribas populi: ſciſcitabatur ab
eis vbi chriſtus naſceretur. At
illi dixerunt ei. In bethleẽ iu-
de. Sic enim ſcriptum eſt per ꝓ-
phetam. Et tu bethleem terra
iuda nequaquam minima es
in principibus iuda. Ex te enĩ
exiet dux qui regat populũ me-
um iſrael. Tunc herodes clam vo-
catis magis diligenter didicit ab
eis tempus ſtelle que apparuit e-
is. Et mittens eos in bethleem
dixit. Ite & interrogate diligẽ-
ter de puero: & cum inuenene-
ritis renunciate mihi vt & ego
veniens adorem eum. Qui cum

audiſſent regē abierunt. Et ecce
ſtellam quam viderant in oriē
te antecedebat eos vſqꝫ dum ve
niēs ſtaret ſupra vbi erat puer.
Videntes autem ſtellam magi
gauiſi ſunt gaudio magno val
de. Et intrantes domum inue
nerunt puerū cum maria ma
tre eius. Et procidentes adora
uerūt eum. Et apertis theſau
ris ſuis obtulerunt ei munera
aurum, thus, & myrrham. Et
reſponſo accepto in ſōnis ne re
dirent ad herodem per aliam
viam reuerſi ſunt in regionē
ſuam. Deo gratias.

Sequentia ſancti euāgelii ſecū
dum Marcū. Gloria tibi dn̄e.

IN illo tempore. Recum
bentibus vndecim diſci

pulis apparuit illis ieſus & ex



probrauit incredulitatem illorum & duriciam cordis: quia his qui viderant eũ reſurrexiſſe nõ crediderant. Et dixit eis. Euntes in mundum vniuerſum predicate euangelium omni creature. Qui crediderit & baptiſatus fuerit ſaluꝰ erit. Qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autem qui crediderint hec ſequentur. In nomine meo demonia eiicient: linguis loquentur nouis: ſerpentes tollent: & ſi mortife-

rum quid biberint non eis no-
cebit. Super egros manus impo-
nent & bene habebunt. Et do-
minus quidem ieſus poſtq̄ lo-
cutus eſt eis aſſumptus eſt in
celum & ſedet a dextris dei.
Illi autem profecti pre-
dicauerunt vbiqȝ
dn̄o cooperāte
& ſermonē
cōfirmā-
te: ſe-
quentibus ſi-
gnis.

DEO GRATIAS.

Paſſio domini noſtri ieſu xp̄i
ſecundum iohannem.



EGreſſus eſt dominus ie
ſus cum diſcipulis ſu
is trans torrentẽ cedron vbi erat
ortus in quẽ introiuit ipſe &
diſcipuli eius. Sciebat autẽ &

iudas qui tradebat eum locum:
quia frequenter ieſus conuene-
rat illuc cum diſcipulis ſuis. Iu-
das ergo cum accepiſſet cohortē
a pontificibus & phariſeis mini-
ſtros venit illuc cum laternis &
facibus & armis. Ieſus itaqꝫ
ſciens omnia que ventura erāt
ſuper eum: proceſſit & dixit
eis. Quem queritis? Reſponde-
runt ei. Ieſum nazarenum. Di-
xit eis ieſus. Ego ſum. Stabat au-
tem & iudas qui tradebat eum
cum ipſis. Vt ergo dixit eis ego
ſum abierunt retrorſum & ce-
ciderunt in terram. Iterum er-
go interrogauit eos. Quem que-
ritis? Illi autem dixerunt. Ieſū
nazarenum. Reſpondit ieſus.
Dixi vobis quia ego ſum. Si er-

go me ſinite hos abire. Vt imple-
retur ſermo quem dixit. Quia quos
dediſti mihi non perdidi ex eis quē-
quam. Symon ergo petrus habens gla-
dium eduxit eum & percuſſit pon-
tificis ſeruum & abſcidit auricu-
lam eius dextram. Erat autem
nomen ſeruo malchus. Dixit er-
go ieſus petro. Mitte gladium t
tuum in vaginam. Calicem quē
dedit mihi pater: non vis vt bibā
illum. Cohors ergo & tribunus
& miniſtri iudeorum comprehē-
derunt ieſum & ligauerūt eum:
& adduxerunt eum ad annam
primum. Erat enim ſocer cayphe
qui erat pontifex anni illius. Erat
autem cayphas qui conſilium de-
derat iudeis: quia expedit vnū
hominem mori pro populo. Seq-

batur autem ieſum ſymon petrus
& alius diſcipulus. Diſcipulus au-
tem ille erat notus pontifici: & in-
troiuit cum ieſu in atrium ponti-
ficis. Petrus autem ſtabat ad ho-
ſtium foris. Exiuit ergo diſcipu-
lus alius qui erat notus pontifi-
ci & dixit oſtiarie & introduxit
petrum. Dixit ergo petro ancilla
oſtiaria. Nunquid & tu ex diſ-
cipulis es hominis iſtius? Dixit
ille. Non ſum. Stabant autem
ſerui & miniſtri ad prunas: quia
frigus erat: & calefaciebant ſe. +
Erat autem cum eis petrus ſtans
& calefaciens ſe. Pontifex ergo
interrogauit ieſum de diſcipu-
lis ſuis & de doctrina eius. Re-
ſpondens ieſus dixit. Ego palã
locutus ſum mundo. Ego ſem-

per docui in ſynagoga & in tēplo
quo omnes iudei conueniunt & ī
occulto locutus ſum nihil: quid
me interrogas? Interroga eos qui
audierunt quid locutus ſum ipſis.
Ecce hi ſciunt que dixerī ego.
Hec autē cum dixiſſet vnus aſſi-
ſtens miniſtrorū dedit alapā ieſu
dicens. Sic reſpondes pontifici?
Reſpondit ieſus. Si male locutꝰ
ſum teſtimoniū perhibe de ma-
lo. ſi autem bene quid me cedis?
Et miſit eum annas ligatum ad
cayphā pontificem. Erat autem
ſymon petrus ſtans & calefaciēs
ſe. Dixerunt ergo ei. Nunquid
& tu ex diſcipulis eius es? Nega-
uit ille & dixit. Non ſum. Dixit
ei unus ex ſeruis pontificis cogna-
tus eius cuius abſcidit petrus

auriculam. Nonne ego te vidi ĩ hortocum illo? Iterum negauit petrus: & ſtatim gallus cantauit. Adducunt ergo ieſum a caypha in pretoriũ. Erat autẽ mane & ipſi non introierunt in pretoriũ vt non contaminarentur: ſed mã-ducarent paſcha. Exiuit ergo py-latus ad eos foras & dixit. Quã accuſationẽ affertis aduerſus ho-minẽ hunc. Responderunt & di-xerunt. Si non eſſet hic malefa-ctor non tibi tradidiſſemus eum. Dixit ergo eis pylatus. Accipite eũ vos & ſecundũ legem veſtrã iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei. Nobis non licet interficere quẽꝗ̃. Vt ſermo ieſu impleretur quem dixit ſignificans qua mor-te eſſet moriturus. Introiuit ergo

iterum in pretorium pylatus: &
vocauit ieſum & dixit ei. Tu es t
rex iudeorum? Reſpondit ei ieſ9.
A temetipſo hoc dicis: an alii tibi
dixerunt de me? Reſpondit py-
latus. Nunquid ego iudeus ſum?
Gens tua & pontifices, tradiderũt
te mihi. Quid feciſti? Reſpondit
ieſus. Regnum meum non eſt de
hoc mundo: ſi ex hoc mundo eſſet
regnum meum miniſtri mei vtiq;
decertarent, vt non traderer iudeis.
Nunc autem regnum meum non
eſt hinc. Dixit itaq; pylatus. Ergo
rex es tu? Reſpondit ieſus. Tu dicis
quia rex ſum ego. Ego in hoc na-
tus ſum & ad hoc veni in mundũ
vt teſtimonium perhibeam veri-
tati. Omnis qui eſt ex veritate au-
dit vocem meam. Dixit ei pylatus

Quid eſt veritas? Et cum hoc
dixiſſet iterum exiuit ad iude-
os & dixit eis. Ego nullam in-
uenio in eo cauſam. Eſt autẽ con-
ſuetudo vobis vt vnum dimittã
vobis in paſcha. Vultis ergo di-
mittam vobis regem iudeorum?
Clamauerunt rurſum omnes di-
centes. Non hunc ſed barrabam.
Erat autem barrabas latro. Tũc
ergo apprehendit pylatus ieſũ
& flagellauit. Et milites plectẽ-
tes coronam de ſpinis impoſuerũt
capiti eius & veſte purpurea cir-
cundederunt eum & veniebant
ad eum & dicebant. Aue rex iu-
deorum. Et dabant ei alapas. Ex-
iuit iterum pylatus foras & di-
xit eis. Ecce adduco vobis eum
foras vt cognoſcatis: quia in eo.

nullam cauſam inuenio. Exiuit
ergo ieſus portans coronam ſpine
am & purpureum veſtimentuȝ
& dixit eis. Ecce homo. Cum er-
go vidiſſent eum pontifices &
miniſtri clamabant dicentes. Cru-
cifige crucifige eum. Dixit eis
pylatus. Accipite eum vos &
crucifigite: ego enim non inue-
nio in eo cauſam. Reſponderūt
ei iudei. Nos legem habemus:
& ſecundum legem debet mori.
quia filium dei ſe fecit. Cum er-
go audiſſet pylatus hunc ſermo-
nem magis timuit. Et ingreſſus
eſt pretorium iterum & dixit ad
ieſum. Vnde es tu? Ieſus auteȝ
reſponſum non dedit ei. Dixit
ergo ei pylatus. Mihi non loque-
ris? Neſcis quia poteſtatē habeo

crucifigere te : & poteſtatem habeo
dimittere te . Reſpondit ieſus . Non
haberes poteſtatem aduerſum me,
vllam niſi tibi datum eſſet deſup:
propterea qui tradidit me tibi ma-
ius peccatum habet . Et exinde q̄re-
bat pylatus dimittere eum . Iudei
autem clamabant dicentes . Si hũc
dimittis non es amicus ceſaris .
Omnis enim qui ſe regem facit :
contradicit ceſari . Pylatus ergo
cum audiſſet hos ſermones addu-
xit ieſum foras & ſedit pro tribu-
nali in loco qui dicitur lycoſtratos
hebraice autem gabatha . Erat aũt
paraſceue paſche hora quaſi ſexta .
Et dixit iudeis : ecce rex veſter . Il-
li autem clamabant . Tolle tolle
crucifige eum . Dixit eis pylatus .
Regem veſtrum crucifigã : Rn̄de-

runt pontifices. Non habemus re-
gem niſi ceſarem. Tunc ergo tradi
dit eis illum vt crucifigeretur. Su
ſceperunt autem ieſum & eduxe-
runt: & baiulans ſibi crucem ex-
iuit in eum qui dicitur caluarie
locum: hebraice golgotha vbi eū
crucifixerunt. Et cum eo alios t
duos hinc & hinc: medium aūt
ieſum. Scripſit autem & titulū
pylatus & poſuit ſuper crucem.
Erat autē ſcriptum. Ieſus naza
renus rex iudeorum. Hunc ergo
titulum multi legerunt iudeoꝶ
quia prope ciuitatem erat locus
vbi crucifixus eſt ieſus. Et erat
ſcriptum hebraice grece & lati-
ne. Dicebant ergo pylato ponti-
fices iudeorum. Noli ſcribere t
rex iudeorum ſed quia ipſe di-

xit rex ſum iudeorum. Reſpõdit
pylatus. Quod ſcripſi ſcripſi. Mi-
lites ergo cum crucifixiſſent eũ
acceperunt veſtimenta eius & fece-
runt quatuor partes vnicuiqꝫ mi-
liti partem & tunicam. Erat autẽ
tunica inconſutilis deſuper con-
texta per totum. Dixerunt ergo ad
inuicem. Non ſcindamus eam ſed
ſortiamur de illa cuius ſit: vt ſcri-
ptura impleretur dicens. Partiti
ſunt veſtimenta mea ſibi: & in ve-
ſtem meam miſerunt ſortem. Et
milites quidem hec fecerunt. Sta-
bat autem iuxta crucem ieſu mat᷑
eius & ſoror matris eius maria
cleophe & maria magdalene. Cũ
vidiſſet ergo ieſus matrem & di-
ſcipulum ſtantem quem diligebat
dixit matri ſue. Mulier: ecce filius

tuus. Deinde dixit diſcipulo. Ec
ce mater tua. Et ex illa hora acce
pit eam diſcipulus in ſuam. Poſt
ea ſciens ieſus quia omnia cõſum
mata ſunt vt cõſũmaretur ſcriptu
ra dixit. Sitio. Vas erat poſitũ ace
to plenum. Illi aũt ſpongiã plenã
acceto yſopo circũponentes obtu
lerunt ori eius. Cum ergo accepiſ
ſet ieſus acetum dixit, cõſũma
tũ eſt. Et inclinato capite tradi
dit ſpiritum. Iudei ergo qm̃ para
ſceue erat vt nõ remaneret in cru
ce corpora ſabbato erat enĩ magnꝰ
dies ille ſabbati, rogauerũt pylatũ
vt frãgerẽtur eorũ crura & tolle
rẽtur. Venerũt ergo milites & pͥ
mi quidẽ fregerunt crura & alte
rius qui crucifixus eſt cum eo. Ad
ieſum autẽ cũ veniſſent vt vide

ret eum iam mortuũ non fregerũt eius crura: ſed vnus militũ lãcea latus eius aperuit: & cõtinuo ex iuit ſanguis & aqua. Et qui vi- dit teſtimoniũ perhibuit: & verũ eſt teſtimonium eius. Et ille ſcit quia vera dicit vt & vos credatiſ. Facta ſunt enĩ hec vt ſcriptura ĩple- retur. Os nõ cõminuetis ex eo: & iterũ alia ſcriptura dicit. Vide- bũt in quẽ tranſfixerũt. Poſt hec aũt rogauit pylatũ ioſeph ab ari- mathia eo q̃ eſſet diſcipulus ieſu: occultus aũt propter metũ iudeo- rũ: vt tolleret corpus ieſu: & per miſit pylatus. Venit ergo & tulit corpus ieſu. Venit aũt et nicode- mus qui venerat ad ieſũ nocte pri mũ ferens mixturã myrrhe & alo- es quaſi libras centum. Acceperũt

ergo corpus ieſu & ligauerunt eum
lintheis cū aromatibus ſicut mos
iudeis eſt ſepelire. Erat autem ī
loco vbi crucifixus eſt ortus & in
orto monumētum nouū in quo t
nōdum quiſq̄ poſitus fuerat. Ibi
ergo propter paraſceuē iudeorū
quia iuxta erat monumentum po-
ſuerunt ieſum. Deo gratias. oro.

Deus qui manus tuas & pe-
des tuos & totū corpus tu-
um pro nobis peccatoribꝰ in ligno
crucis poſuiſti & coronam ſpineā
a iudeis in deſpectu tui ſacratiſſimi
nominis ſuper caput tuū impoſitā
ſuſtinuiſti & quinqȝ vulnera pro no-
bis peccatoribus in ligno crucis paſ-
ſus fuiſti: da nobis hodie & quoti-
die vſum penitentie & abſtinētie
patientie: humilitatis, caſtitatis:

lumen, ſenſu͂, & intellectu͂, & pura͂ coſcientiam vſqꝫ in finem. Ieſu chriſte ſaluator mundi. Qui cum.

Deuota co͂templatio bt͂e marie virginis iuxta cruce͂ filii ſui lachrymantis: & ad co͂paſſionem ſaluatoris ſingulos inuitantis.

STabat mat' doloroſa: iuxta cruce͂ lachrymoſa: du͂ pendebat fili⁹. Cuius aı͂am geme͂tem co͂triſta͂te͂ & dolente͂ ptra͂ſiuit gladi⁹. O q͂ triſtis & afflicta fuit illa bn͂dicta: mater vnigeniti. Que merebat & dolebat: & tremebat cu͂ videbat nati penas ı͂cliti. Quis e͂ homo q͂ no͂ fleret: xp̄i mre͂m ſi uideret ı͂ tanto ſupplicio. Quis poſſet no͂ co͂triſtari pia͂ matre͂ co͂templari dolente͂ cu͂ filio. Pro pc͂tis ſue gentis: vidit ieſum in torme͂tis: & flagellis ſubdi-

tū. Vidit ſuū dulcē natū: morientē
deſolatū: dū emiſit ſpm̄. Eya mat'
fons amoris: me ſētire vī doloris:
fac vt tecū lugeā. Fac vt ardeat cor
meū in amando xp̄m deū: vt ſibi
cōplaceā. Sancta mater iſtud agas:
crucifixi fige plagas cordi meo va-
lide. Tui nati vulnerati iā dignā-
tis pro me pati: vī amoris īprime
Fac me vere tecū flere crucifixo
cōdolere: donec ego vixero. Iu-
xta crucē tecū ſtare: te libēter ſoci-
are in plāctu deſidero. Virgo vir=
ginū preclara: mihi nō ſis ama-
ra: fac me tecū plāgere. Fac vt por-
tē xp̄i mortē: paſſionis eius ſortē
& plagas recolere. Fac me plagis
vulnerari cruce hac inebriari: ob
amorē filii. Inflāmatus & accē=
ſus: per te virgo ſim defenſus: in

die iudicii. Fac me cruce cuſtodiri: ⁊
morte xp̄i p̄muniri cōfoueri grā.
Quādo corpus morietur fac vt aīe
donetur paradiſi gloria. Amen. ℣.
Tua ipſius aīam doloris gladius per-
trāſibit. ℟. Vt reuelētur ex multis cor-
dibus cogitationes. Oratio.
IN teruentat pro nobis qs dn̄e
ieſu chriſte nūc & in hora
mortis apud tuā clementiā beata
virgo maria mater tua cuius ſacra-
tiſſimam aīam in hora tue paſſio-
nis doloris gladius pertrāſiuit:
per te ieſu chriſte ſaluator mundi:
Qui cum pře. Alia oratio.
O Intemerata & ineternuꝫ
bn̄dicta ſingularis atqꝫ ī-
cōparabilis virgo dei genitrix ma-
ria gratiſſimū dei templū ſpiri-
tuſſancti ſacrariū, ianua regni ce-

lorū per quā poſt deū totus viuit or
bis terrarū. Inclina mater mīe au-
res tue pietatis indignis ſupplica-
tionibus meis. Et eſto mihi miſer-
rimo pctori pia in omnibus auxili-
atrix. O iohānes beatiſſime chriſti
familiaris amice: qui ab eodē dn̄o
nr̄o ieſu chriſto virgo es electus: &
inter ceteros magis dilectus: atq;
in miſteriis celeſtibus vltra om̄es
imbut⁹, apoſtolus ei⁹ & euāgeli-
ſta pclariſſim⁹. Te etiā inuoco cū mari-
a mr̄e eiuſdē ſaluatoris nr̄i, vt mihi
opē tuā cū ipſa cōferre digneris. O
due gēme celeſtes maria & iohānes.
O duo luminaria diuinit⁹ ante deū
lucētia: veſtris radiis ſcelerū meo-
rū effugate nubila. Vos enī eſtis
illi duo in q̄bus deus pater per fili-
um ſuū ſpūaliter edificauit ſibi t

domū. Et in quibꝰ ipē filius dei ob
ſinceriſſime virginitatis meritū
dilectionis ſue cōfirmauit priui-
legiū in cruce pēdēs vni vrm̄ ita
dicēs. Mulier: ecce filius tuus.
Deinde ad aliū: ecce mater tua.
In huius ergo tā ſacratiſſimi a-
moris dulcedine qua tūc ore dn̄i-
co velut mater & filiꝰ adīuicē cō-
iūcti eſtis, vobis duobus ego miſer-
rimus pctōr cōmēdo hodie corpꝰ
meū & aīam meā, vt oībus horꝭ
atq; mometis interius & exteri-
us firmi cuſtodes & pii apud de-
ū interceſſores mihi exiſtere di-
gnemini. Credo enī firmiter &
indubitanter fateor quia velle
veſtrū velle dei eſt, & nolle ve-
ſtrū nolle dei eſt. Vnde quicqd
ab illo petitis ſine mora obti-

netis. Per hanc ergo tã potentiſſimam vr̃e dignitatis virtutem poſcite queſo mihi peccatori corporis & anime ſalutem. Agite queſo agite vr̃is ſacris oronibus: vt cor meũ inuiſere & inhabitare dignetur ſpiritus almus gratiarum largitor optimus qui me a cunctis viciorũ ſordibus expurget virtutibus ſacris illuſtret & exornet. In dilectione dei & proximi mei perfecte ſtare & perſeuerare me faciat: & poſt huius vite curſum ad gaudia ducat electorũ ſuorũ benigniſſimus paraclitus. Qui cum pr̃e & filio coeternus & cõſubſtãtialis cũ eis & in eis viuit & regnat omnipotens deus in ſecula ſeculorum

Amen.



¶ Hore beatiſſime virginis
Marie ſecundum vſum roma-
ne eccleſie ad laudē dei
feliciter incipi-
unt.

AD MATVTINAS.

Domine labia mea a-
peries. Et os meū
annunciabit laudē
tuam. Deus in adiutorium me
um intende.
Domine ad adiuuandum me
feſtina. Gloria patri & filio &
ſpiritui ſancto.
Sicut erat in principio & nūc
& ſemper & in ſecula ſeculorum
amen. Alleluya ¶ Et dicitur
a paſcha vſq; ad ſeptuageſimā:
& a ſeptuageſima vſq; ad paſ-

cha dicitur. Laus tibi domine
rex eterne glorie. Inuitatoriū.
Aue maria gratia plena. Dominus tecum. Aue maria.

VEnite exultemus dn̄o iubilemus deo ſalutari noſtro: preoccupemus faciem eius in confeſſione: & in pſalmis iubilemus ei. Aue maria gratia.

Quoniam deus magnus dn̄s & rex magnus ſuper omnes deos: quoniam non repellet dn̄s plebem ſuam: quia in manu eius ſunt omnes fines terre & altitudines montium ipſe cōſpicit. Dominus tecum.

Quoniam ipſius eſt mare & ipſe fecit illud & aridam fundauerunt manus eius: veni adoremus & procidamus an-

te deum ploremus coram domi
no qui fecit nos: quia ipſe eſt do
minus deus noſter nos autem
populus eius & oues paſcue ei9.
Aue maria gratia plena. Dñs te.
Hodie ſi vocem eius audieritis
nolite obdurare corda veſtra: ſi-
cut in exacerbatione ſecundum
diem tentationis in deſerto: vbi
tentauerunt me patres veſtri ꝓ-
bauerunt & viderunt opera mea.
Dominus tecum.
Quadraginta annis proxim9
fui generationi huic & dixi ſem-
per hi errant corde: ipſi vero nõ
cognouerunt vias meas: quib9
iuraui in ira mea ſi introibunt
in requiem meam. Aue maria.
Gloria patri & filio & ſpiritui
ſancto: ſicut erat in principio et

nunc & ſemper & in ſecula ſecu
lorum amen. Dominus tecum
Aue maria gratia plena. hym9.
Quem terra ponthus, ethe
ra, colunt, adorant, pre
dicant, trinam regentem machi
nam clauſtrum marie baiulat.
Cui luna ſol, & omnia deſerui
unt per tempora perfuſa celigra
tia geſtāt puelle viſcera.
Beata mater munere cuius ſu
pernus artifex mundum pugil
lo cōtinens: ventris ſub archa
clauſus eſt.
Beata celi nuncio fecunda ſan
cto ſpiritu deſideratus gentibus
cuius per aluum fuſus eſt.
Gloria tibi domine qui natus
es de virgine cum patre & ſancto
ſpiritu: in ſempiterna ſecula. Am.

Iſte pſalmus & alii duo ſequē-
tes cum ſuis Antiphonis dicū-
tur diebus dominicis, lune,
& iouis. Añ. Bñdicta tu. ps.

Domine dominus noſter:
q̃ admirabile eſt nomē
tuum in vniuerſa terra.

Quoniam eleuata eſt magni-
ficentia tua: ſuper celos.

Ex ore infantium & lactenti-
um perfeciſti laudem propter ī-
imicos tuos: vt deſtruas inimi-
cum & vltorem.

Quoniam videbo celos tuos
opera digitorum tuorum: lunā
& ſtellas que tu fundaſti.

Quid eſt homo q̄ memor es
eius: aut filius hominis quoni-
am viſitas eum.

Minuiſti eum paulominus ab

angelis gloria & honore coro-
naſti eum & conſtituiſti eum
ſuper opera manuū tuarum.
Omnia ſubieciſti ſub pedibus
eius: oues & boues vniuerſas ī-
ſuper & pecora campi.
Volucres celi & piſces maris:
qui perambulāt ſemitas maris
Domine dominus noſter: q̄ ad-
mirabile eſt nomen tuum in vni-
uerſa terra.
Gloria patri. añ. Benedicta tu
in mulieribus & benedictus fru-
ctus ventris tui. ā Sicut myrra.
CEli enarrant gloriā ps.
dei: & opera manuū eius
annunciat firmamentum.
Dies diei eructat verbum: &
nox nocti indicat ſcientiam.
Non ſunt loquele neq; ſermo-

nes: quorum non audiantur
voces eorum.
In omnem terram exiuit ſo-
nus eorum: & in fines orbis ter-
re verba eorum.
In ſole poſuit tabernaculū
ſuum: & ipſe tanq̄ ſponſus pro-
cedens de thalamo ſuo.
Exultauit vt gygas ad currē
dam viam: a ſummo celo egreſ
ſio eius. Et occurſus eius vſ
qꝫ ad ſummum eius: nec ē qui
ſe abſcondat a calore eius.
Lex domini immaculata cō
uertens animas teſtimonium
domini fidele ſapientiam pre-
ſtans paruulis.
Iuſticie domini recte letifi-
cantes corda: preceptū dn̄i luci
dum illuminans oculos.

Timor domini ſanctus perma
net in ſeculum ſeculi: iudicia do
mini vera iuſtificata in ſemet
ipſa. Deſiderabilia ſuper aurū
& lapidem precioſum multū: &
dulciora ſuper mel & fauum.
Etenim ſeruus tuus cuſtodit
ea in cuſtodiendis illis retribu
tio multa.
Delicta quis intelligit ab oc
cultis meis munda me: & ab a
lienis parce ſeruo tuo.
Si mei non fuerint dominati
tunc immaculatus ero: & emū
dabor a delicto maximo.
Et erunt vt complaceant elo
quia oris mei: & meditatio cor
dis mei in cōſpectu tuo ſemper.
Domine adiutor meus: & re
demptor meus.

Gloria patri. an̄. Sicut myrra
electa odorem dediſti ſuauita-
tis ſancta dei genitrix. a̅. Ante
thorum. Pſalmus.
Domini eſt terra & ple
nitudo eius orbis terrarum: &
vniuerſi qui habitant in eo.
Quia ipſe ſuper maria funda
uit eum: & ſuper flumina pre
parauit eum.
Quis aſcendet in montem
domini: aut quis ſtabit in loco
ſancto eius.
Innocens manibus & mun
do corde: qui non accepit in va
no animam ſuam: nec iurauit
in dolo proximo ſuo.
Hic accipiet benedictionem a
domino: & miſericordiam a deo
ſalutari ſuo.

Hec eſt generatio querentiũ
eum: querentiũ faciẽ dei iacob.
Attollite portas principes ve-
ſtras & eleuamini porte eterna-
les: & introibit rex glorie.
Quis eſt iſte rex glorie: dñs
fortis & potens: dominus po-
tens in prelio
Attollite portas principes ve-
ſtras & eleuamini porte eterna-
les: & introibit rex glorie.
Quis eſt iſte rex glorie: dñs
virtutũ ipſe ẽ rex glorie
Gloria patri. ã. Ante thorum
huius virginis frequentate no-
bis dulcia cantica dragmatis.
℣. Diffuſa eſt gratia in labiis
tuis. ℟. Propterea benedixit te
deus in eternum. Pater noſter.
Et ne nos. Sed lib. Bñdictio.

Precibus & meritis. vt ſeq̃-
tur poſt. Iſte pſalmus: &
alii duo ſequentes cum ſuis
Antiphonis dicuntur diebꝰ
martis & veneris. Antipho-
na. Specie tua. psalꝰ.
Eructauit cor meum
verbum bonum: dico ego o-
pera mea regi.
Lingua mea calamus ſcri-
be: velociter ſcribentis.
Specioſus forma pre filiis
hominum: diffuſa eſt gratia
in labiis tuis propterea bene-
dixit te deus in eternum.
Accingere gladio tuo: ſuper
femur tuum potentiſſime.
Specie tua & pulchritudine
tua: intende proſpere procede
& regna. Propter veritatem

& manſuetudinem & iuſticiã:
& deducit te mirabiliter dex
tera tua.
Sagitte tue acute populi ſub
te cadent in corda inimicorũ
regis. Sedes tua deus in ſecu-
lum ſeculi: virga directionis v-
ga regni tui.
Dilexiſti iuſticiam & odiſti
iniquitatem: propterea vnxit
te deus deus tuus oleo leticie
pre conſortibus tuis.
Myrra & gutta & caſia a ve-
ſtimentis tuis a domibus ebur
neis: ex quibus delectauerunt
te filie regũ in honore tuo.
Aſtitit regina a dextris tuis
in veſtitu deaurato: circunda-
ta varietate.
Audi filia & uide & inclina

aurem tuam: & obliuiſcere po-
pulum tuũ & domũ patris tui
Et concupiſcet rex decorem tu
um: quoniam ipſe eſt dominus
deus tuus & adorabunt eum.
Et filie tyri in muneribus vul
tum tuum deprecabuntur oms
diuites plebis.
Omnis gloria eius filie regis
abintus in fimbriis aureis: cir
cumamicta varietatibus
Adducentur regi virgines poſt
eam: proxime eius afferẽtur tibi.
Afferentur in leticia & exul
tatione: adducentur in tẽplũ
regis. Pro patribus tuis nati
ſunt tibi filii: conſtitues eos pⁱn
cipes ſuper omnẽ terram.
Memores erunt nominis tui
domine: in omni generatione

& generationem
Propterea populi cõfitebũtur tibi ineternũ: & in seculum seculi.
Gloria pri. an. Specie tua & pulchritudine tua: intende pſpere procede & regna. a. Adiuuabit. Psalmus.
DEus noſter refugium et virtus adiutor in tribulationibus que inuenerũt nos nimis.
Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferetur mõtes in cor maris.
Sonuerunt & turbate ſũt aque eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine eius.
Fluminis impetus letificant ciuitatem dei: ſanctificauit tabernaculum ſuũ altiſſimus.

Deus in medio eius non cōmo-
uebitur: adiuuabit eam deus
mane diluculo.

Conturbate ſunt gentes &ĩ-
clinata ſunt regna: dedit vocē
ſuam mota eſt terra.

Dominus virtutum nobiſcū:
ſuſceptor noſter deus iacob.

Venite & videte opera domi-
ni: que poſuit prodigia ſuper t̄-
ram: auferens bella vſqꝫ ad fi-
nem terre.

Arcum conteret & confrĩget
arma: & ſcuta cōburet igni.

Vacate & videte quoniam ego
ſum deus: exaltabor in gentibꝰ
& exaltabor in terra.

Dominus virtutū nobiſcum:
ſuſceptor noſter deus iacob.

Gloria patri. ¶ Adiuuabit

eam deus vultu ſuo: deus in me
dio eius non commouebitur. añ.
F Sicut letantium pſalm9.
Fundamenta eius in mon
tibus ſanctis: diligit dominus por
tas ſyon ſup oīa tabernacula ia
Glorioſa dicta ſunt de te cob.
ciuitas dei.
Memor ero raab & babilonis:
ſcientium me.
Ecce alienigene & tyrus & po
pulus ethiopū: hi fuerūt illic.
Nunquid ſyon dicet homo &
homo natus eſt in ea: & ipſe fun
dauit eam altiſſimus.
Dominus narrabit in ſcriptu
ris populorum: & principū
horum qui fuerunt in ea.
Sicut letantium omnium no
ſtrum habitatio eſt in te.

Gloria patri. an̄. Sicut letantiū
omnium noſtrum habitatio eſt
in te ſancta dei genitrix. V. Dif-
fuſa eſt gratia in labiis tuis. R.
Propterea benedixit te deus ine-
ternum. Pater noſter. Et ne nos.
Bn̄dictio. Precibus & meritis.
vt ſequitur poſt. Iſte pſalmus
& alii duo ſequentes cum ſuis an-
tiphonis dicuntur diebus mer-
curii & ſabbati. an̄. Gaude maria.
Cantate domino cā ps.
ticum nouum: cantate do-
mino omnis terra.
Cantate domino & benedicite
nomini eius: annunciate de die
in diem ſalutare eius.
Annunciate inter gentes gloria
eius: in omnibus populis mira
bilia eius.

Quoniam magnus dominus
& laudabilis nimis terribilis
eſt ſuper omnes deos
Quoniam omnes dii gentiū
demonia: dn̄s autē celos fecit
Confeſſio & pulcritudo incō-
ſpectu eius: ſanctimonia &
magnificentia in ſanctificati-
one eius. Afferte domino
patrie gentium: afferte domi-
no gloriam & honorē: afferte
domino gloriam eius.
Tollite hoſtias & introite in
atria eius adorate dominum
in atrio ſancto eius.
Commoueatur a facie eius
vniuerſa terra: dicite in gen-
tibus quia dn̄s regnauit.
Etenim correxit orbem terre
qui non commouebitur: iudi-

cabit populos in equitate
Letentur celi & exultet terra cō-
moueatur mare & plenitudo eiꝰ:
gaudebunt campi & omnia que
in eis ſunt Tunc exultabūt oīa
ligna ſiluarum a facie domini
quia venit: quoniam venit iu-
dicare terram.
Iudicabit orbem terre in equi-
tate: & populos in veritate ſua.
Gloria patri. ā. Gaude maria
virgo cunctas hereſes ſola intere-
miſti in vniuerſo mundo. Añ.
Dignare. Pſalmus.
Dominus regnauit exul-
tet terra: letētur inſule multe.
Nubes & caligo in circuitu eiꝰ:
iuſticia & iudicium correctio
ſedis eius.
Ignis ante ipſum precedet

inflammabit in circuitu inimi
cos eius. Alluxerunt fulgura
eius orbi terre vidit & commo
ta eſt terra.
Montes ſicut cera fluxerunt a
facie domini: a facie domini om
nis terra.
Annunciauerunt celi iuſticiã
eius: & viderunt omnes popu
li gloriam eius.
Confundantur omnes qui a
dorant ſculptilia: & qui gloria
tur in ſimulachris ſuis.
Adorate eum omnes angeli e
ius: audiuit & letata eſt ſyon.
Et exultauerunt filie iude: pro
pter iudicia tua domine.
Quoniam tu dominus altiſſi
mus ſuper omnem terram: ni
mis exaltatus es ſuper oẽs deos.

Qui diligitis dominum odite
malum: cuſtodit dominus aīas
ſanctorum ſuorum de manu pec-
catoris liberabit eos.
Lux orta eſt iuſto: & rectis cor-
de leticia. Letamini iuſti in do-
mino: & confitemini memorie
ſanctificationis eius
Gloria pr̄i. an̄. Dignare me lau-
dare te virgo ſacrata: da michi
virtutem contra hoſtes tuos. ā.
C Poſt partum. Pſalmus.
Antate domino canticū
nouū: quia mirabilia fecit
Saluauit ſibi dextera eius: &
brachium ſanctum eius
Notum fecit dominus ſalutare
ſuum: in conſpectu gentium re-
uelauit iuſticiam ſuam
Recordatus eſt miſericordie

ſue & veritatis ſue domui iſrael.
Viderunt omnes termini ter-
re: ſalutare dei noſtri.
Iubilate deo omnis terra: cã-
tate & exultate & pſallite.
Pſallite domino in cythara in
cythara & voce pſalmi: in tu-
bis ductilibus & voce tube cor-
Iubilate in conſpectu re- nee.
gis domini moueatur mare &
plenitudo eius orbis terrarum
& qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu ſimꝉ
montes exultabunt a conſpectu
domini: quoniam venit iudica-
re terram.
Iudicabit orbem terrarum in
iuſticia: & populos in equitate
Gloria patri. ã. Poſt partũ vir-
go inuiolata permanſiſti: dei ge-

nitrix intercede pro nobis. Reſ.
Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.
℣. Propterea benedixit te deus
ineternum. Pater noſter. Bn̄dic̄o
PRecibus & meritis beate
marie virginis & omni-
um ſanctorum perducat nos ꝛ
dominus ad regna celorum.
Iube domine benedicere. Nos
cum prole pia benedicat virgo
maria. Lectio prima.
IN omnibus requiem que-
ſiui & in hereditate domini mo-
rabor tunc precepit & dixit mi
hi creator omnium & qui crea
uit me requieuit in tabernacu
lo meo & dixit mihi. In iacob in
habita & in iſrael hereditare. &
in electis meis mitte radices.
Tu autem domine miſerere no

ſtri. Deo gratias ℟ Sancta & im-
maculata virginitas quibus te
laudibus efferam neſcio. Quia
quem celi capere non poterãt tuo
gremio contuliſti ℣. Benedicta
tu in mulieribus & benedictus
fructus ventris tui. Quia quem
Iube domine benedicere. In omĩ
tribulatione & anguſtia ſuccur-
rat nobis virgo maria. a'. Lc. ſcd'a
ET ſic in ſyon firmata ſum
& in ciuitate ſanctificata
ſimiliter requieui: & in hieruſalem
poteſtas mea. Et radicaui in popu-
lo honorificato: & in partes dei
mei hereditas illius: et in pleni-
tudine ſanctorum detentio mea.
Tu autem domine miſerere noſtri.
Deo gratias. ℟ Beata es virgo ma-
ria que dominum portaſti crea-

torem mundi. Genuiſti qui te fe-
cit & in eternum permanes vir-
go. Aue maria gratia plena domi-
nus tecum. Genuiſti qui te fecit.
Iube domine benedicere. Per vir-
ginem matrem concedat nobis
dominus ſalutē & pacē. ā. Lc. iii.
Quaſi cedrus exaltata ſū
in libano: & quaſi cypreſ-
ſus in monte ſyon. Quaſi palma
exaltata ſum in cades: et quaſi
plantatio roſe in hierico. Quaſi
oliua ſpecioſa in campis: & qua-
ſi platanus exaltata ſum iux-
ta aquas. In plateis ſicut cyna-
momum & balſamum aroma-
tizans odorem dedi. Quaſi myr-
rha electa dedi ſuauitatem odo-
ris. Tu autem domine miſere-
re noſtri. Deo gratias. ℟. Felix

nanq; es ſacra virgo maria & oī laude digniſſima. Quia ex te ortus eſt ſol iuſticie chriſtus deus noſter. V. Ora pro populo interueni pro clero: intercede pro deuoto femineo ſexu: ſentiant omnes tuum leuamen: quicū q; celebrant tuam cōmemorationem. Quia ex te. Gloria patri Chriſtus deus. Canticum ſanctorum Ambroſii & Auguſtini.

TE deum laudamus: te dominum confitemur.

Te eternum patrem: omnis terra veneratur.

